

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnes teneantur ad perfectam charitatem habendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

ARTICVLVS XI.

Vtrum omnes tenentur ad perfectam charitatem.

VNDECIMO queritur, *vtrum omnes tenentur ad perfectam charitatem habendam. & videtur quod sic. Ad id enim quod est in praecerto, omnes tenentur: sed perfectio charitatis est in præcepto. Dicitur enim Deuter. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis.*

¶ 2 Præt. Hoc vñ esse de perfectione charitatis, q̄ homo omnes auctis suis referat in Deum: sed ad hoc omnes homines tenentur. Dicitur n.i ad Corint. 10. Sive manducatis, sive bibitis vel aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis. Sed dicendum q̄ præceptum illud Apostoli ad hoc se extendit, vt omnia habitu referantur in Deum, sed non actu.

¶ 3 Sed contra, præcepta legis sunt de actibus virtutum, habitus autem non cadit sub præcepto. Non ergo præceptū Apostoli intelligitur de habituali resolutione nostrorū actuum in Deo: sed de actuali. **¶ 4 Præt.** Dominus Matth. 5. præcepta veteris legis amplexit, secundum illud. Non veni solvere legem, sed adimplere: hæc autē adimpleto est de necessitate salutis, vt patet per illud quod subditur, nisi abundauerit iustitia vestra pli quam scribarum & Phariseorum, non intrabit in regnum celorum. Ad ea autem, quæ sunt de necessitate salutis, omnes tenentur: ergo & ad prædictam adimpletionem servandā, sed prædicta adimpleto est de perfectione pertinet, unde dominus in fine concludit. Estote perficiunt pater vester coelestis perfectus est. ergo ad perfectionem charitatis omnes tenentur.

¶ 5 Præt. Ad consilium solum non omnes tenentur, perfectio autem vitæ eternæ, aut charitatis non attendit secundum consilium. Datur enim consilium de paupertate: nec tamen sequitur, quod qui magis est pauper, sit perfectior. Dicit etiam consilium de virginitate, & tamen multi virgines sunt alij imperfectiores in charitate. & si videtur, quod perfectio charitatis non consistat in consilijs. Nullus ergo excusat per perfectione charitatis.

¶ 6 Præt. Status Episcoporum est perfectior, quam status religiosorum, alioquin non posset aliquis licet de statu religionis ad statu prælatoris se transferre. vide & Diony, dicit in Eccl. Hierarchia, q̄ Episcopi sunt perfectiores: Monachii autem sunt perfectius eorum virtutibus traditi, & q̄ debent fervi agere ad perfectiones, quas in Episcopis vident. Nec tamen Ep̄i tenentur ad obseruandum huiusmodi consilium paupertatis, & alia huiusmodi. ergo in his non consistit perfectio charitatis.

¶ 7 Præt. Dñs. Apostolis multa imposuit, q̄ sunt de perfectione vita, vt q̄ non portarent duas tunicas, neque calciamera, neque virginem, neque aliq̄ lumen: sed quod iniunxit Apostolis, omnibus iniunxit, secundum illud Matth. 13. quod vobis dico, omnibus dico. ergo omnes tenentur ad perfectionem vita. **¶ 8 Præt.** Quicunque habet charitatem, plus amat vitam eternam, quam vitam temporalem: sed quilibet homo tenetur ad actum charitatis. ergo quilibet homo tenetur ad hoc, quod vitam eternam præeligat vita corporali: sed sicut Aug. dicit, charitas cum ad perfectionem venerit, dicit, cupio dissoluere & esse cum Christo, ergo quilibet tenetur habere perfectam charitatem.

¶ 9 Præt. Aug. dicit, q̄ perfecta charitas est, vt quis

A paratus sit, pro fratribus ēr mori: sed ad hoc omnes tenentur, dñs enim. 1. Io. 3. in hoc cognoscimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. ergo quilibet tenetur ad perfectionem charitatis.

¶ 10 Præt. Quilibet tenetur vitare peccatum: sed qui est sine peccato, habet fiduciam in die iudicij in hoc, quod perfecta est charitas Dei nobis. ut fiduciam habeamus in die iudicij, vt dicit 1. Ioan. 4. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis.

¶ 11 Præt. Phil. dicit in 8. Eth. Deo & parentibus nō possumus reddere equivalentem, sed sufficiat, vt quilibet ei reddat quod potest: sed perfectio charitatis in hoc cōsistit, ut aliquis faciat pro Deo, quod potest, quia nullus facit ultra posse. ergo quilibet tenetur habere perfectam charitatem.

¶ 12 Præt. Religiosi profitentur perfectionem vita: ergo ipsi videntur teneri ad habendam perfectionem charitatis, & ad omnia quæ ad perfectionem vita pertinent.

¶ 13 Præt. CONTRA est, q̄ nullus tenetur ad id, quod nō est in ipso: sed habere perfectam charitatem non est a nobis, sed a Deo, non ergo potest esse in præcepto.

RESPON. Dicendū, q̄ huius questionis solutio ex præmissis accipi potest. Ostēsum est, n. supra q̄ aliqua perfectio est, q̄ ipsam speciem charitatis consequitur, ut pote, quæ consistit in remotione cuiuslibet inclinationis in contrarium charitatis. Quedam autem perfectio est, sine qua charitas esse potest, quæ periret ad bene esse charitatis, quæ si consistit in re motione occupationū sacerulariū, q̄bus affectus humanus retardat, ne libere progrediatur in Deum. Est autē & quedam alia perfectio charitatis, quæ non est possibilis homini in hac uita, & quedam ad quā nulla natura creata pertinere potest, ut ex supradictis apparet. Manifestum est autem, q̄ ad illud omnes teneri dicuntur, sine quo salutem consequi non possunt. Sine charitate autē nullus potest salutem eternam cōsequi; & ei habita ad salutem eternam perueniunt: unde ad primam perfectionem charitatis omnes tenentur, sicut ad ipsam charitatem. Ad secundam vero pfectiōnem, sine qua charitas esse potest, homines non tenentur, cum quilibet charitas sufficiat ad salutem. Multo etiā minus tenentur ad tertiam, uel quartā perfectionem, cum nullus ad impossibile tenetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ totalitas illa secundum quod cadit sub præcepto charitatis, pertinet ad perfectionem, sine qua charitas esse non potest.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ oīa actu referre in Deum nō est possibile in hac uita, sicut nō est possibile, q̄ semper de Deo cogite, hoc n. pertinet ad pfectiōnem patriæ: sed q̄ oīa virtute referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis, ad quam oīs tenentur. Ad cuius evidentiam cōsiderandum est, q̄ sicut in causis efficientibus virtus primæ cause manet in omnibus causis sequentibus, ita cuīa intētio principalis finis virtute manet in omnibus finibus secundarij: unde quicunque actu intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principale, sicut medicus dum colligit herbas actu, intendit confidere potionē, nihil fortassis de sanitate cogitans. virtualiter tñ intendit sanitatem ppter quam potionē dat. Sic igitur cum aliquis scipsum ordinat in Deum sicut in finē in omnibus, quæ ppter scipsum facit, manet virtute intentio ultimi finis, q̄ Deus est. unde in omnibus mereri potest, si charitatē habeat. hoc igitur modo Apostolus precipit, quod

Circa finē il
lius tom. 5.

3. feri. dia. 9.
art. 5. q. 2.
In art. præc.

QVÆS. II. DE CHARITATE, ART. XI.

pit, quod omnia in Dei gloriam referantur.

AD TERTIVM dicendum, quod aliud est habitu liter referre in Deum & aliud virtualiter, habitualiter enim refert in Deum, & qui nihil agit, nec aliquid actualiter intendit, ut dormiens: sed virtualiter aliquid refert in Deum, est agentis propter suam ordinatam in Deum. vnde habitualiter referre in Deum, non cadit sub præcepto: sed virtualiter referre omnia in Deum cadit sub præcepto charitatis, cū hoc nihil aliud sit, quam habere Deum ultimum modicum.

AD QVARTVM dicendum, quod illud quod dicitur: estote perfecti &c. videtur esse referendum ad dilectionem inimicorum, quae quodammodo est de perfectione consilii, & quodammodo est de necessitate præcepti, ut supra expositorum est.

Art. 8. huius
quest.

D. 706.

AD QUINTVM dicendum, qd perfectio vita æternæ in quibusdam quidem consistit principaliter & per se, in quibusdam autem secundario & quasi per accidentem, principaliter quidem & per se consistit perfectio in his, quæ pertinent ad interiorementis dispositiones, & præcipue in actu charitatis, qd est radix omnium virtutum. Secundum vero & per accidentem consistit et in quibusdam exterioribus, utputa, in virginitate, paupertate, & hmoi: hæc nad perfectionem pertinere dñi tripliciter. Primo quidem in quantum per ea subtrahuntur homini impedimenta occupationum, quibus remotis mēs liberius fertur in Deum, vnde & Dominus cum dixisset, Matth. 3.1. Si vis perfectus esse, vade & uide oīa, quæ habes & da pauperibus, consequenter adiecit, & veni, & lequere me, ut ostenderet qd paupertas ad perfectionem non pertinet, nisi inquantum disponit ad se quendam Christum. Quem quidem sequimus non paibis corporis: sed affectibus mentis. Similiter Apost. i. ad Cor. 7. consilium dat de non nubendo, quia quæ virgo est cogitat, qua Dei sunt, quomodo placeat Deo, & eadæ ratio est de alijs similibus. Secundo pertinent ad perfectionem, inquantum sunt quidam perfecta charitatis effectus. Quin pfecte diligit Deum, ab his se retrahit, quæ eū retrahere possunt, ne Deo vacer. Tertio pertinent ad perfectionem penitentia: quia nulla satisfactio pro peccatis ad aquari potest religionis, quibus homo se Deo consecrat, & animam per uotum obediens, & corpus per uotum continentis, & res omnes pernotum paupertatis. Sic igitur in his quæ principaliter & per se ad perfectionem pertinent, sequitur pfectio maior perfectio, ubi hec inueniuntur magis, licet quod perfectio est qui majoris est charitatis. In his autem quæ ex consequenti, & quasi per accidentem ad perfectionem pertinent, non sequitur magis simpliciter, ubi magis inueniuntur. unde non sequitur quod magis pauper sit magis perfectus: sed mensuranda est in talibus perfectio per comparationem ad illa, in quibus consistit perfectio simpliciter, ut scilicet ille dicatur perfectior, cuius paupertas magis sequestrat hominem a terrenis occupationibus, & facit liberius Deo uacare.

AD SEXTVM dicendum, qd hec est differētia inter amicitia honesti & delectabilis: qd in amicitia delectabilis, amicus diligis pp delectationē, in amicitia aut honesta amicus diligitur pp seipsum: sed delectatio puenit ex consequenti. Ad perfectionem igitur amicitia honesti perficit, ut aliquis pp amicum interdum abslinear, et a delectatione, quam in eius pfectia habet in eius seruitijs occupatus. Secundum igitur hanc amicitia plus amat aliquem, qui ab eo se

F absentat propter amicum, qd quia pfectia amici discedere non vult, etiam propter amicum: sed si quis libenter, vel faciliter a pfectia amici diuellitur, & in alijs magis delectatur, vel nihil, vel parum copatur amicum diligere. hos igitur tres gradus considerare possumus in charitate. Deus autem maxime pp seipsum est diligēdus. Sunt n. quidam, qui libenter, vel sine magna molestia separant a vacacione diuinæ contemplationis, ut terrenis negotiis implicent, & in his vel nihil, vel modicū charitatis appareat. Quidam vero int̄m delectant in vacacione diuinæ contemplationis, qd eā deserere nolunt, et vnde diuinis obliquis mancipent ad salutē proximorū. Quidam vero ad tantū culmē charitatis ascendunt, qd eā diuinam contemplationē licet in ea maxime delectentur pertermittunt, ut Deo serviant in statu proximorū. hæc perfectio in Paulo appetit, qd dicebat Rom. 13. Optabā ego ipse anathema. i. separatus esse a Christo pro fratribus meis. & ad Philip. 1. Desiderio habebis dissoluī, & esse cum Christo, permanente autem in carne necessariū pp vos. & hæc perfectio est propriæ prælatorū & prædicatorum, & quoricumque aliorum, qui procurandæ saluti aliorū inflatur, nō significantur p Angelos in scala Iacob ascendentem quidem per contemplationem, descendentes vero per solitudinem, quam de salute proximorū gerat. Nec derogare potest pfectio status prælatorum aliqui statu prælatorū abutuntur querentes præstationem propter temporalia bona, quasi ducine contemplationis non allecti, sicut nec incredulas multorum, fidem Dei enauat, ut dicitur Rom. 10. HAD SEPTIMVM dicendum, qd in doctrina Euangelica quidam dicta sunt Apostolis in personā omnium fidelium, ea, qdæ pertinent ad necessitatem salutis, vnde & Marth. 7. dicitur. Quod uobis dico, omnibus dico, vigilate &c. Nam in vigilante ob intelligitur sollicitudo, quam homo debet habere, per imparatus inueniatur a Christo. Quedam vero dicuntur Apostolis, quæ pertinent ad perfectionem, & ad prælati officiū, & ad hoc extendi non potest. qd vobis dico, omnibus dico. Scindendum istud, quia dixit dñs discipulis Matt. 10. nihil in via ueniens & secundum qd August. exponit in lib. de confessione Euangelistarum, non pertinent ad perfectionem, tñ: sed ad potestatem dignitatis Apostolice, per quam poterant, nihil secum ferentes, vtere de his quæ ministrabantur ab his, quibus Euangelium prædicabant. vnde ibidem dicitur, qd dignus est operari misericordia sua vel cibo suo: vnde nec pfectio fuit, nec consilium, sed concessio, & propter hoc Paulus, qui secundum necessaria defratabat, non venit haec concessione supererrogabat, quasi proprijs suis condicione militans, ut patet i. ad Corinth. 9.

AD OCTAVUM dicendum, qd in hōe sunt duo affecti, unus charitatis, quo aīa desiderat esse cum Cœliis, alius aut̄ naturalis, quo aīa refugit separationē a corpore, qd adeo est homini naturalis qd nec cuius pensus est abstulit, ut Aug. dicit super Ioan. Ex coniunctione ergo hōrū duorum affectuum veler aīa leonis coniungi Deo, qd non separaretur a corpore, secundum illud Apost. 2. ad Corinth. 5. Nolumus ergo liari sed superuerstiri, ut absorbeatur qd mortale ē a vita: sed quia hoc est impossibile, quādū in summa in corpore peregrinatur a dño, ut ibide subditum insurgit quādā contrarietas inter p̄dictos affectus. & quanto charitas est perfectior, tanto sensibiliter affectus charitatis vincit affectum naturæ, & hoc

ad perfectionem charitatis pertinet, vnde & Apost. ibidem subdit. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad dominum, sed in his in quibus est charitas imperfecta, si tantum affectus charitatis vincent, ex repugnancia tamen naturalis affectus redditur insensibilis victoria charitatis. Quod ergo aper-te & indubitate sive audacter Apost. dicit, Cupio dissolvi & esse cum Christo, hoc perfecta charitatis est: sed quod qualitercumq; licet insensibiliter praeferat anima fruitionem Dei unioni corporis, est de necessitate charitatis.

AD NONVM dicendum, q; ponere animam i. vitam presentem pro fratribus, quodammodo est de necessitate charitatis, quodammodo est de perfectione ipsius: plus enim homo debet diligere proximum quam corpus proprium: vnde in eo casu quo aliquis tenetur procurare proximi salutem, tenetur etiam pro ipsius salute periculis corporalem vitam expondere: sed hoc perfecta charitatis est, ut etiam pro his in quibus proximo non tenetur, pro eo corporalem suam vitam periculis exponat.

AD DECIMVM dicendum, q; licet quilibet teneatur esse sine peccato mortali, non tamen omnium est huiusmodi rei sciruram habere: sed perfectio rum qui peccata totaliter subiungauerunt.

AD UNDECIMVM dicendum, q; & parentibus & multo magis Deo tenetur homo repudere totum quod potest: tamen secundum communem modum humanae vita, supra quam potest aliquis aliqd eroga re, ad quod tam ex necessitate praecipi, non tenetur.

AD DODECIMVM dicendum, q; perfectione charitatis nullus profiteretur: sed profitentur alii statum perfectionis qui consistit in his q; organice ordinatur ad perfectionem charitatis, ut paupertas, letania, q; tamen nec ad oīa huiusmodi tenetur: sed ad illum solū, quae profitentur. vnde pfectio charitatis non cadit eis sub voto: sed est eis, ut finis ad quae peruenire conantur per ea, que videntur.

ARTICVLVS XII.

Vtrum charitas semel habita possit amitti.

De Ver OnE Con Imo QuaRti Tur Ver Un Ide Act Ioan.³ Omnis q; natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semel ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: sed charitatem non habent nisi filii Dei: ipsa enim est quae distinguunt inter filios regni, & filios peccatorum, ut Augustus dicit in 15. de Trin. ergo ille qui habet charitatem, non potest eam amittere & peccando.

¶ 2 Prat. Omnis virtus quae peccando amittitur p; peccatum arescit, ut Aug. dicit super illud Ioannis. Vnctio inuisibilis charitas est, quae in quoconque fuerit, radix illi erit, quae arescere non potest, nutritur calore solis, vt non arescat. ergo charitas per peccatum amitti non potest.

¶ 3 Prat. Aug. dicit in 8. de Trin. q; dilectio si non est uera, dilectio dicenda non est: sed sicut Augustus dicit in epistola ad Iulianum Comitem, charitas q; deleri potest, nunquam uera fuit. ergo neque charitas fuit. Qui igitur habet charitatem, non potest eam peccando deferrere.

¶ 4 Prat. Prosper dicit in li. de Coetaplione, Charitas est recta voluntas Deo inseparabiliter iuncta, inquisitionis extranea, corruptionis nescia, nulli vi tui morabilitatis obnoxia, cum qua nec potuit ali q; peccare, nec poterit. ergo charitas semel habita

A per peccatum amitti non potest.

¶ 5 Prat. Greg. dicit in quadam Hom. q; amor Dei magna opera, q; est: sed nullus magna operando amittit charitatem. ergo si charitas inest, amitti non potest.

¶ 6 Prat. Plus hoc p; charitatē amat Deū, quā p; naturalem amorem amet seipsum: sed amor sup̄ius non quā amittitur per peccatum. ergo nec ēt charitas.

¶ 7 Prat. Liberū arbitrium nō inclinat in p̄tū, nisi per aliquod motuum ad peccandi. Motuum aut ad oīa p̄tā est amor sui, qui vt Aug. dicit in 14. de ciui. dei, facit ciuitatem Babylonis: sed hunc charitas excludit, quia sicut Dion. dicit 4. cap. de d. ui. no- miet extas faciens diuinus amor, non sinens sui

Homil. 30.
in Euange.
Paulo a pri.

ipsorum amantes esse. similiter etiam radix omnium malorum ponitur cupiditas, ut Apostolus dicit in 1. ad Tim. vlti. Sed hunc etiam charitas excludit ut Aug. dicit in libr. 83. Quæstionum. ergo ille qui habet charitatem, non potest peccando eam amittere.

¶ 8 Prat. Quicquid hēt charitatē spiritu Dei ducitur, em illud Galat. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege: sed spiritu sanctus cum sit infinita uirtus, non potest in sua actione deficere. ergo uidetur quod homo habens charitatem peccare non possit.

¶ 9 Prat. Contra nullum habitū, cuius esse est in operari, contingit peccare. Dicit. n. Phil. in 7. Eth. q; non peccatur contra scientiam in actu sed contra scientiam in habitu: sed charitas semper cōsistit in operari. Dicit. n. Greg. in quadam Hom. q; amor Dei non quam est otiosus. ergo contra charitatē aliquis peccare non potest, ut sic per peccatum possit amitti.

¶ 10 Prat. Si aliquis charitatem amittit, aut amittit eam dum haberet, aut dum non haberet: sed dum habet, non amittit eam per peccatum, quia simul est per peccatum cum charitate. Neque etiam amittit eam cum non habet, quia quod non habet, amittit non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti.

¶ 11 Prat. Charitas accidens est quoddam in aīa. Accidens autem quatuor modis potest deficere, uno quidem modo p; corruptionē subiecti: sed per hunc modum charitas deficere non potest, cum sit humana, que est subiectum eius, sit incorruptibilis. Secundo deficit aliquod accidens p; defectum causa, sicut lumen deficit ab aere per absentiam solis: sed hoc modo, charitas deficere non potest, q; causa eius est indecisio. s. Deus. Tertio modo, deficit accidens alio qd deficiente obiecto, sicut paternitas deficit p; morte filii: sed nec hoc modo deficit charitas, q; eius obiectum est bonus aeternus, qd est Deus. Quarto modo, deficit aliquod accidens, p; actionē contrariaj agēns, sicut frigiditas aquæ deficit p; actionē caloris: sed nec hoc modo charitas deficit p; potest, cū sit fortior peccato, quod uidetur in contrarium agere secundum illud Cantic. 8. Fortis est, ut mors dilectio, & iterum, Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem, ergo charitas nullo modo potest deficere in habente eā.

¶ 12 Prat. Pēnū est malum quoddam rationis nature, malum nō agit nisi uirtute boni, ut dicit Dion. 4. C. Parte 4.

de diu. nomi. Bonum autem non contraria bono, ut dī in Prædicamentis, & ita non potest ipsum corrumpere, cū unumquodq; corrumpatur a suo contrario. Charitas ergo per peccatum non potest corrumpi.

¶ 13 Prat. Si charitas a peccato corrumpitur aut a peccato existente, aut a non existente: sed non a peccato existente, quia sic peccatum mortale siue est cum charitate. Neque iterum a peccato non existente, quia non ens agere non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti per peccatum.

¶ 14 Prat.

Cap. ult. in
prim. tom. 5.
Part. 1. non
multam au-
te finem.

¶ 15. non re-
mota a prima
cap. tom. 4.

Homil. 30. in
Euang. part.
lo a prim.

De Ver OnE Con Imo QuaRti Tur Ver Un Ide Act Ioan.³ Omnis q; natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semel ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: sed charitatem non habent nisi filii Dei: ipsa enim est quae distinguunt inter filios regni, & filios peccatorum, ut Augustus dicit in 15. de Trin. ergo ille qui habet charitatem, non potest eam amittere & peccando.

¶ 2 Prat. Omnis virtus quae peccando amittitur p; peccatum arescit, ut Aug. dicit super illud Ioannis. Vnctio inuisibilis charitas est, quae in quoconque fuerit, radix illi erit, quae arescere non potest, nutritur calore solis, vt non arescat. ergo charitas per peccatum amitti non potest.

¶ 3 Prat. Greg. dicit in quadam Hom. q; amor Dei magna opera, q; est: sed nullus magna operando amittit charitatem. ergo si charitas inest, amitti non potest.

¶ 4 Prat. Plus hoc p; charitatē amat Deū, quā p; naturalem amorem amet seipsum: sed amor sup̄ius non quā amittitur per peccatum. ergo nec ēt charitas.

¶ 5 Prat. Liberū arbitrium nō inclinat in p̄tū, nisi per aliquod motum ad peccandi. Motum aut ad oīa p̄tā est amor sui, qui vt Aug. dicit in 14. de ciui. dei, facit ciuitatem Babylonis: sed hunc charitas excludit, quia sicut Dion. dicit 4. cap. de d. ui. no-

miet extas faciens diuinus amor, non sinens sui ipsorum amantes esse. similiter etiam radix omnium malorum ponitur cupiditas, ut Apostolus dicit in 1. ad Tim. vlti. Sed hunc etiam charitas excludit ut Aug. dicit in libr. 83. Quæstionum. ergo ille qui habet charitatem, non potest peccando eam amittere.

¶ 6 Prat. Quicquid hēt charitatē spiritu Dei ducitur, em illud Galat. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege: sed spiritu sanctus cum sit infinita uirtus, non potest in sua actione deficere. ergo uidetur quod homo habens charitatem peccare non possit.

¶ 7 Prat. Contra nullum habitū, cuius esse est in operari, contingit peccare. Dicit. n. Phil. in 7. Eth. q; non peccatur contra scientiam in actu sed contra scientiam in habitu: sed charitas semper cōsistit in operari. Dicit. n. Greg. in quadam Hom. q; amor Dei non quam est otiosus. ergo contra charitatē aliquis peccare non potest, ut sic per peccatum possit amitti.

¶ 8 Prat. Si aliquis charitatem amittit, aut amittit eam dum haberet, aut dum non haberet: sed dum habet, non amittit eam per peccatum, quia simul est per peccatum cum charitate. Neque etiam amittit eam cum non habet, quia quod non habet, amittit non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti.

¶ 9 Prat. Charitas accidens est quoddam in aīa. Accidens autem quatuor modis potest deficere, uno quidem modo p; corruptionē subiecti: sed per hunc modum charitas deficere non potest, cum sit humana, que est subiectum eius, sit incorruptibilis. Secundo deficit aliquod accidens p; defectum causa, sicut lumen deficit ab aere per absentiam solis: sed hoc modo, charitas deficere non potest, q; causa eius est indecisio. s. Deus. Tertio modo, deficit accidens alio qd deficiente obiecto, sicut paternitas deficit p; morte filii: sed nec hoc modo deficit charitas, q; eius obiectum est bonus aeternus, qd est Deus. Quarto modo, deficit aliquod accidens, p; actionē contrariaj agēns, sicut frigiditas aquæ deficit p; actionē caloris: sed nec hoc modo charitas deficit p; potest, cū sit fortior peccato, quod uidetur in contrarium agere secundum illud Cantic. 8. Fortis est, ut mors dilectio, & iterum, Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem, ergo charitas nullo modo potest deficere in habente eā.

¶ 10 Prat. Pēnū est malum quoddam rationis nature, malum nō agit nisi uirtute boni, ut dicit Dion. 4. C. Parte 4.

de diu. nomi. Bonum autem non contraria bono, ut dī in Prædicamentis, & ita non potest ipsum corrumpere, cū unumquodq; corrumpatur a suo contrario. Charitas ergo per peccatum non potest corrumpi.

¶ 11 Prat. Si charitas a peccato corrumpitur aut a peccato existente, aut a non existente: sed non a peccato existente, quia sic peccatum mortale siue est cum charitate. Neque iterum a peccato non existente, quia non ens agere non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti per peccatum.

¶ 12 Prat.